



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Epistola Reverende admodum Ioannis Bovgeret, Secretarij Reverendissimi
Domini Cisterciensis, Generalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

EPISTOLA

Reverende admodum IOANNIS BOVGERET, Secretarij Reverendissimi Domini Cisterciensis, Generalis.

INSCRIPTION.

Reverendo in Christo Patri, Domino CAROLO DE VISCH, celebri monasteri de Duni, Cisterciorum ordinis Religioso & Priori, Sanctorum monialium Vallis Cali Confessario.

REVERENDE in Christo Pater ac Domine, Domine mihi colendissime,
Gratissimæ quidem fuerunt Reuerendissimo Domino nostro Abbatij Cisterciensi, Generali ordinis, vestræ litteræ, quas Reuerenda Paternitas vestra ad ipsum dedit pro describendâ serie Abbatarum, & monachorum Archiconobiij Cisterciensium, qui libros aliquos aut tractatus ediderunt, ut ipsos in suo opere quod meditatur ceteris ordinis nostri scriptoribus anumeret; sed huc usque, ob ingenem negotiorum molestam, absentiā ab Archiconobio, & continuas monasteriorum procul diffitorum visitationes, vestræ iustæ supplicationi ipse, nec ego, potuimus satisfacere. Dederat quidem hoc opus in mandatis Reverendo Patri Priori Cisterciensi, Doctori Theologo, huiusc rei peritissimo; sed aliis in negotijs occupatissimus, istud quod ipsi apprimè commendaueram, omisit, quod non mediocri me affectat mortore, ne tam insignum Authorum memoria in vestra egregio opere reticeatur. Sed ne quid hancin parte mea culpa committatur, cum primum paucis diebus ad Cistercium rediero, dabo operam, ut præter Diuorum, Stephani, Bernardi, Faustredi, Alani, Ioannis, Dionisij, aliorum Cisterciensium Scriptorum opera, tractatus, & nomina, scripto Vestræ reuerendæ Paternitati insinuentur. Interim laudo ego lucubrationes vestras pro nostri ordinis ornamento, Deumque appreco, ut ipsi Benedictionem, vobisque sanitatem quam prosperrimam, cum gratiarum suarum diuinatum cumulo conferre dignetur. Parisijs in collegio Sancti Bernardi, die 16. Decembris 1648.

Reuerendæ Paternitatis vestræ

Humilissimus, & obsequientissimus famulus F. IOANNES
BOVGERET Religiosus Cistercij, & Secretarius
Reuerendissimi Generalis.

REVE-